



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

9. De Exhortatione & Cohortatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

obstiterit, si sapientia, si integritas, si fida in
suadente benevolentia, magni sunt ad om-
nem persuasionem aculei, & qui his fultus ad-
miniculis suaderet, στύγων πλεον διά τας, Τρό-
ποις λαλούσι των. συνίψουσι γαρ ἐγρα-
κτῆς κυρίς, νοεῖτοις δικαιούσι μάστιν ὡς χρόνοι
S. Ignatius τῆς καθηρας, ut author est D. Ignatius Martyr,
in epist. ad in epissola ad Philadelphenses , silentio plus
potest, quam alij verboſa oratione. Mandatis
enim Dei, & iustitia praeceptis congruit, ut
fides citharae.

III. In argumentis videndum est, ut minu-
ta succidantur, ea autem proferantur, quae ma-
ioris sunt ponderis, qualia sunt diuina; Nam
omnes religione momentur, & nulla res multi-
tudinem efficacius regit. Plenæ sunt exem-
plis omnium gentium historiarum, in quibus fal-
sa etiam superstitione deluse mortalium volun-
tates in omnem partem flexibiles impelli-
luntur. Atque, ut ait Valerius Maximus,
prisci Romani statas, solemnesque ferias Ponti-
ficium Scientia, bene gerendarum rerum au-
toritate, augurum obseruatione, Apollinis praedictiones vatum libris, Potentorum depulsa Herosca disciplina explicati voluer-
unt.

His artibus Zoroastres apud Babylonios,
apud Lacedæmonios Lycurgus, apud Athien-
nenses Minos, apud Romanos Numa multa
suaderunt: Verum, fraude superstitionum agnita, nullum argumentum est debilius.

Divinis proxima sunt humana, θεάτρα-
πτικά, que spectabile damnum inferunt, ut
morbi, plagiæ, membrorum mutilationes,
amissio fortunatarum, quorum propositi terro-
res si imminent videantur, potentissimis ma-
chinis animos percellunt.

A vaniturka consequuntur bonorum spes,
& promissiones, quibus quisque pro suo in-
genio, ut superius demonstratum est, affici-
tur; quo certiora autem videntur, eò plus affi-
ciunt:

*Suasionis
forma &
modus.* Quartò, quod ad modum attinet, videndum
est, ut cōmodo loco, ut opportuno tempore, ut
mimicè suspiciose, & reluctanti, eius qui mo-
uendus est animo, prima fiat aggressio; Dein-
de, ut non apparata, non insidiante videatur
oratio, non verboſa sit, non picta, non ueni-
liter lascivens; sed simplex, honesta, sincera;
parca verborum, sententijs, & argumentis
prelia, quod maximè fieri oportet; ubi de re
negotiis sermo est, apud callidas, & occupa-

tas aures, adde etiam suspicaces: nam tunc
omnis ornatus habetur pro dolo.

Alia tamen agendi ratio est in floridis ar-
gumentis, qualia solent esse Ethicorum Phi-
losophorum: tales enim orationes expolito-
rem, quanquam sobriam illam quidem, & mi-
nime fucatam desiderant: iuicit nonnun-
quam verbis res, & experimenta coniungere,
quod Cyrus admodum prudenter fecisse, me-
moratur à lusitino, qui cum expeditionem in
Medos pararet, conuocato populo iubet o-
mnes præstō cum securibus adesse, & sylam
vix circumdatam excidere. Quod cum stren-
ue fecissent, eisdem postera die, ad paratas
epulas invitat: Deinde, cum alacrieres ipso
coniuicio factos videret, rogat, si conditio pro-
ponatur, utrius vitæ sortem legant, hæterni la-
boris, an præsentium epularium, præsentium,
ut acclamaure omnes, ait, Hæterni similes
labori omnem vitam acturos, quoad Medis
pareant: se sequitos hodiernis epulis. Læsis
omnibus Medis bellum infert: ita re ostendere
oportet, quod suaderet: nihil enim est ad in-
fringendam aliorum dissuasionem, nostramq;
sententiam confirmandam potentius.

Si res desint, valida sunt exempla sèpius ob
oculos ponenda, quæ magnum in utramque
partem momentum habere solent.

De exhortatione & cohorta- tione.

CAPVT IX.

Exhortatio differt à suacione, quod hæc
sit consilij, illa motus: in suacione si. *Exhorta-*
tio differt
quidem Orator docere, in exhortatio-
ne inflammarie ntitur: quamobrem, & in à suacione:
suadendo, ut re adhuc incerta, plus argumen-
torum est, in exhortando plus cæloris. Proui-
dendum est in primis, ut res, ad quam hortau-
mur alios omnes, numeros habeat honestatis:
nam si quid tupliculi apparet, rationibus
prius erit diluendum, quam motus, & affe-
ctuum faces adhibenda.

In exhorta-
tio differt
Secundò, nunquam plenè exhortandum tanto ani-
videtur, antequam de rei facilitate constet: *mus prius*
nam si minimè conuictos, & reluctantes ad-
ratione
huc animos coneris exhortari calidius, idem *vincendua*
facias, ac si lignum adhuc viride, & crudum *quam*
prima aggredione nitaris incendere. Itaque *monta-*
nec

nec de suo inge^sio desperantem , abiectum , & formidantem omnia , statim incensa oratione mouebis , vt literas discat , nec auarum , aut sordidum , vt sumptum faciat , nec Drancem frigidum , vt præliteret : sed occupandi paulatim rationibus animi , donec quæ obversantur , difficultatum pondera discussiantur.

*Animi
quidam
sulphu-
rati.*

Tertio , vt sulphurati quidam sunt animi , secundum Plotini dictum , qui statim flamas concipiunt , ita parciotes verbis apud eos esse oportet oratores ; pigris verò , & negligibus validius infandum , siquidem speratur aliqua ratio honestatis : fin autem tam angusta sint , & tenebrosa mentes , vt nulla bona spei scintilla promicet , quid attinet frustra prolixam orationem perdere ? in quo præclarè monet Dio Prusæus in oratione prima de regno , successus eloquentia , & exhortationum , maximè pendere ex eorum animis , quos hortaris . Alexandrum illum Macedonem Timotheus tibicen , canens bellicum ita rapiebat , vt eodem vestigio ad arma prossilret : At hoc ipsum , inquit , non tam ex Timothei numeris contingebat , quanquam erant præstantes illi quidem , & planè bellicosi , quam ex ipsius Alexandri acri quodam , incitatoq[ue] ue ad pulcherrima quæque ingenio : nam Sardanapalum delicijs effeminatum , nunquam Timotheus , aut Apollo quidem ipse de cubili excitalet , vt abiecta muliebri consuetudine , ferro se accingeret .

Quarto , si persona , qua hortatur , plurimum habeat auctoritatis , minus pugnax rationibus , minus calens , & profusa verbis videri debet (nisi temporum , & petiulorum ratio aliud experat .) Nam dignitas ipsa potentissimum est ad feriendos animos telum , & vt ait Cornelius Tacitus , Suasio , vel exhortatio ab eo , qui iubere potest , vim necessitatis afferit . Cauendum est tamen , ne fastu aliquo verbis parcere , aut in rebus incensis frigide exhortari , quamuis nobilis orator videatur .

Quinto , in exordijs , & insinuationibus præterie debet sepius orator spes egregias eorum virtute , quos exhortatur , vt se potius officij , aut alia ratione inductum , idipsum exhortationis genus aggredi demonstret , quam quod hortatore alij indigeant , qui sua sponte sint satis incensi . Hoc artificium obseruat Dio Prusæus , ad Trajanum , & M. Tullius 4. Philipp.

*Exhorta-
tio lenis.*

Faciam igitur , vt Imperatores instructa cie solent : quanquam paratissimos milites ad præliandum videant , vt eos tamen adhortentur , sic ego vos ardentes , & erectos , ad libertatem recuperandam cohortabor .

Sexto , et si minimè argumentosa debeat esse cohortatio , & prolixis rationibus effluens ; sunt tamen viuidæ , & pressæ rationes afferendæ , quibus veluti clavi audientum animis quam altissimè desigantur . Erunt autem minimè petendæ ex intimis rei , & negotijs , quod tractatur , adiunctis , quæ si clarissimas , & recentibus adiungantur exemplis , multum habent ad permoendos animos pondetis . Nec istud omittit M. Tullius in sua exhortatione .

Vt igitur Catilinam diligentia mea , Senatus auctoritate , vestro studio , & virtute frigitis , sic Antonij nefarium latrocinium restra cum Senatu concordia , tanta , quanta nunquam fuit , felicitate , & virtute exercituum , ducumque vestrorum brevi tempore opprelsum audiens .

Septimo , exhortationis anima est pugnax quidam calor , qui plurimus in figuris acribus , & densis agnosceatur ; vt

Non est , non est vobis , Quirites , cum eo hoste certamen , quo cum aliqua pacis conditio esse possit : neque enim ille seruitutem vestram , vt anteā , sed iam iratus sanguinem concupiscit : nullus ei ludus videtur esse iucundior , quam crux , quam cædes , quam ante oculos trucidatio ciuium . Non est vobis res , Quirites , cum sclerato homine , atque nefario , sed cum immani , tetraque belua : quæ , quoniam in foueam incidit , obrutur .

Octavo , potentissimum est exhortationis genus , vbi preit exemplis , qui perorat verbis : Itaque in illa disertissima Darij regis oratione , post acres , & varias rationes illam addit , quasi colophonem .

Ipsæ , non patto more solum , sed etiam , vt conspici possim , curru vehor , nec recuso , quo minus imitemini me , siue fortitudinis exemplum , siue ignavia fuerit .

In dehortatione pat est fermè ratio , nisi Dehortatio quod animi iam præmissa hortatione perculsi , contrarijs rationibus muniendi sunt , & ador , si quis est , restinguendus . In quo plurimum aliquando valent ironiaz , quibus ea , quæ Zim. 47. ab incensis hortatoribus sunt allatae , quasi ingesta frigida obtruuntur . Redarguitur autem ditorum

ditorum simplex credulitas, qui se fascinari, & quasi naso duci permittunt. Adhortatorum veterotorum ingenium, & fraudes, consultò ad impellendos animos compositæ notantur. Res aut mala, aut vilis: aut si bona est, dura, laboriosa, difficultilis, & supra facultatem omnem ostenditur.

Montes aurei à vanis horratoribus promissi deridentur: contra labores, & pericula, & incerti exitus; & si contingant, parum frugiferi, exaggerantur. Dissimilitudo exemplorum, si quæ ab aduersariis sint intertexta, plenius indicatur. Alia, & magis nota, & communibus hominum sensibus accommodata proponuntur. Ad summum animi à iucunda bonorum specie, ad terrores, & impeditas difficultates traducuntur.

De concitatione & conciliacione.

C A P V T X.

QUæ de affectibus odij, & iracundia, eiusque lenimentis antea dicta sunt, concitationis, & cœciliacionis artificiū satis ostendunt. Ac animos quidem ad iracundiam, atq; odium mouere, obiecta præsertim iniuriae atrocioris specie, caque Rhetoricis exxitata coloribus, haud est operosum; cum omnes ad suas viciſſendas iniurias, non leui propensione rapiantur. At vero ardentes furijs reſtinguere,

Hoc opus, hic labor est.

Concilia-
tio.

De priuatis conciliationibus nihil dico, in quibus, & ars, & prudentia requiritur singularis; Quid in parandis eferatæ multitudinis animis, qua præsidia satis secura reperi possint? Certe fatendum est, debilia hic esse eloquentiae opera, nisi alijs præsidij sustentetur. Quis enim furenti bellæ inermem Suadam obiectat, aut musico concentu tigres emollire tentet: quamquam multum potest diserta oratio, nisi tamè alium habeat comitatum, quam verborum, parum secura est: quem verò sapientia, sanctitatis, amplitudinis, benevolentia, amoris, addo etiam radios quosdam maiestatis, quos Deus imprimeret solet in eorum vultu, quos sibi velut vicarios in regendis hominum cœtibus constituit.

Tum pietate grauem, & meritie, si forte vi-
rum quem,
Confexere, silent.

Hac ratione Iulius Cæsar seditionem exercitus verbo vno compescuit, *Quirites vocando*, qui sacramentum eius detrectabant. Augustus vultu, & aspectu Actiacas legiones deterruit. Alexander Seuerus admodum adolescentes tumultuantes copias ita repressit, vt & vultus pondus, & oculorum fulgura non ferrent.

Hæc igitur prima lex conciliandorum animorum, dicentis auctoritas, & maiestatis apex venerandus. Deinde tempora diligenter obseruanda sunt, nec temere calenti adhuc turbæ, etiam cum iustissimis auctoritatibus, & innocentia præsidij credendum. Primi enim impetus solent esse belluarum, qui semel atque deflagrarent, liberiorem anfan rationi, prehensionesque permittunt. Postremo etiam, & vena hominum tenenda, sensusque delibandi, & periclitandæ voluntates, & origo mali pertinentia, vt quid doleant, quid cupiant, quid timeant animi, plenus agnoscatur. Ad summum, modò lenientis, modò etiam severioribus remedijis, prout res, & tempora postulabunt, vulneri medendum est.

Sunt apud Cornelium Tacitum duo insigne concitationis pacandarum seditionum exempla, in quibus, & in rebus ferè ipsam diuersa hominum ingenia, varijque, & multiplices negoti signe exēplum. Turbatur in Panonia, & granis oritur seditio, authore Percenio: Agnoice primum hominem, & malas artes concitationis.

Erat (inquit) in castris Percennius quidam dux oīm Theatralium operarum, dein grecanus miles, procax lingua, & miscere cœtus histrionalis studio doctus.

Digna fax hac seditione: nunc animaduer te, quam oportuni tempus captat, & percuticulos primum rem aggreditur. Is impertos animos, & quenam post Augustum militia conditio ambigentes, impellere paulatim nocturnis colloquijs, aut flexo in vesperam die, & dilapsis melioribus determinum quemq; congregare; Postremo promptis iam, & alijs seditionis ministris, velut concionabundus, interrogabat.

(Agnosce insigne artificium linguæ virulentæ.)

Cur paucis Centurionibus, paucioribus
H h h Tri-